Ok. 271,40

Ze 4374

# ORDO SCRIPTORVM

AVCTORE

D^r. G. S.chuster

PHYSICO CHEMNITIENSI

EDITORVM

QVO SIMVL RATIO STVDIORVM ET EXERCITAE

PER QVADRAGINTA ANNORVM SPATIVM

PRAXEOS MEDICAE

OSTENDITVR.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

CHEMNITII
EX OFFICINA IAHNIANA.
M D CC LXIV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-413426-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-413426-p0002-0

# VIRO
## EXCELLENTISSIMO, CONSVLTISSIMO ATQVE EXPERIENTISSIMO,
# DOMINO
# D. BENIAMIN GOTTLIEB GARMANNO,
## CONSVLI ET PHYSICO APVD CHEMNITIENSES LONGE MERITISSIMO, ITEMQVE MEDICINAE PRACTICO SENIORI PRAESTANTISSIMO HVMANISSIMO,

PLVRIMVM SALVTIS.

Proluſio aeternitatis atque immortalitatis eſt hominis animae, non ſtatim velle poſt mortem obliuioni tradi. Curant exinde monumenta in diuturnam memoriam erigi, imagines effigiesque pingi, pecunias per legata, quae dicunt, ero-

gandas confirmare, et quae ſunt alia diuitum opera mortaliumque conamina, quae in futuram recordationem conſtituere atque fundare ſolent. Quis, quaeſo, peior interpres me reprehenſurus eſt, ſi pagellarum quid, niſi blattae et tineae corrodant, Tui, Vir Excellentiſſime, in memoriam, aliorum aliorumque hominum aeuo dignam, vindicem, olim aliquando reperiundum, vt meminerint poſteri, Garmannum per mediam huius ſeculi partem inclaruiſſe, nosque noſtrosque Filios vna aliquot annos, omnesque quatuor ſimul Medicos Doctores, Chemnitii vixiſſe, et, pro ſua quemque aetate, operam medicam praeſtitiſſe. Rarum, ni fallor, noſtra in vrbe Exemplum eſt, quod nunquam, ex quo condita eſt, extitit; num futuris annis extiturum ſit, mortalitas plane ſcire nequit.

Praxin,

Praxin, quam tunc temporis per decennium laudabiter exercueras, cum triginta ſeptem abhinc annis Chemnitium venerim, pro viribus adhuc Tuis, pulchre exerces, ad ſemiſeculum fere adſcendentem; mei vero labores practici in quadraginta annos excurrunt, cum antea Penicii tres annos aegrotis medicus aduigilaſſem. Filius Tuus, Dn. D. Garmannus iunior, iam per quatuordecim annos, meus vero per luſtrum, Medicinae Doctor eſt, vterque, ne laudum aliquid gnauis in Arte Viris detraham, res ſuas ſtrenue et feliciter, ex animi ſententia, peragunt. Coeleſtis permittat Clementia, eosdem porro gratia et benedictione diuina frui, et ſeros in annos curſum ſuum pragmaticum, in imbecillorum ſalutem, percurrere, florere, et viuere in pace et amicitia, quae Collegas decet.

Nos etiam, Seniores, viximus vterque ſatis ex voto et iucunde, vt Collegae, nunc in luſtrum octauum! viuimus in praeſens noſtris cum filiis, quae inſignis Dei gratia eſt; videmus illos Practicos, vident nos vnanimi mente gaudentes. Si quae etiam leuiores ſententiarum medicarum varietates inter nos aliquando interceſſerint, vix tanti aeſtimandae ſunt, vt vnanimitatem noſtram ſufflaminent. Grauis enim mihi ſemper, in Medicina et Experientia practica, Vir viſus es, et quod primum meminiſſe fas erat, pius et humanus: vt inde etiam Diuinum Numen Te veneranda canitie coronaret, qui hodie, viribus animi conſtans et corporis robore auctus, annum ſeptuageſimum ſextum ingrediaris; me vero diuina Voluntas ad ſenectutem conſiſtentem duxit, annum ſexageſimum tertium agen-

tem, quae aetatis ratio me admonet, vt ſarcinas colligam ante, quam proficiſcar e vita, non vt oſtentem, ſed vt oſtenderem, per varios caſus variaque diſcrimina rerum exercuiſſe viles vires. Has pagellas Tibi in encyclio, Vir, prudentia peritiaque celebris, offerre et conſecrare cogitabam: Tibi, Viro in vtraque Medicinae Theſi, mechanica et organica, eximie verſato et peritiſſimo; ſicuti dudum, et nouiſſime quidem, in Paraeneſi ad Medicos iuniores, de Te, ingenue ſententiam profeſſus ſum. Proinde accipias tenuiſſimum obſeruantiae meae erga Te ſymbolum, calidis adiunctis precibus, vt Altiſſimus mortalium Rector, Deus, venerandam Tuam ſenectutem vigore atque ſplendore in poſterum regere, omnisque benedictionis flore amplius, et vsque ad vltimam vitae

lineam,

lineam, augere velit atque decorare. Quae vota tanto ardentius nuncupo, quanto maiore ſpe teneor, Te, Vir Venerabilis, nullo tempore non memorem fore

EXCELLENTISSIMO NOMINI TVO

Chemnitii,
ad diem V. April.
M D CC LXIV.

addictiſſimi

D. GOTTWALD SCHVSTERI.

# I. N. I.

Practica erant, quae Publicum olim a nobis expectare poterat. Academicis enim ſtudiis valedictis, ad Praxin Medicam nos accinximus, quam Penicii primum, deinde Chemnitii, et in praeſens vsque tempus, Deo annuente, exercemus feliciter. Praeclara quidem ſunt elogia, quibus me iuuenem, annum vigeſimum ſecundum vix egreſſum, ornarunt Viri in orbe erudito praeclari, quod Harmoniam, intra corpus et animam ſtabilitam, minime poſſibilem fore, demonſtrarem: *) practica tamen ſunt plurima, et quae

*) Exhibent litterae t. t. ad me datae Brügeri, Paſtoris Mauenſium et Leuteranenſium, prope Ienam, Patriam meam, haec verba: Specimen diligentiae Tuae et profectuum de Impoſſibilitate Harmoniae praeſtabilitae, recte mihi nuper traditum eſt. Legi plura de hac materia ſcripta, Ienenſia etiam, Buddeanum et Anonymi. Non parum Tua induſtria controuerſiae lucis allatum. Mirabatur Vir Ienae Celeberrimus, me viſitans, qui Parentis Tui nobiliſſimi notitiam habet, filium ei eſſe, tanta iam molientem. Gratulor Tibi de his omnibus: gratias ago de tranſmiſſis, precorque, vt Deus praeclaris Tuis conatibus porro benedicat, vt ſtudiorum vi-

quae ad medendi rationem attinent, quibus in prouincia Phyſici, per XL. annos, concatenata ſerie obſeruando, legendo, meditando et ſcribendo occupatus fui. Haec iam qualiacunque litterarum monumenta, quae lucem viderunt, pace eruditiſſimorum Virorum, quibus noſtra non plane diſplicent, chronologice recenſere, animus eſt. Recenſuimus

Anno 1723.

Themata medica et phyſica in Actis Lipſienſium Academicis, germanice, biß in den 16den Theil.

Item ſcripſ. eod. anno

Moraliſches Schediaſma: Daß man auf dem Lande ſo vergnügt, als in Städten leben könne, an Tit. Herrn Auguſt. Theodorum Küchenmeiſter, Neo-Paſtorem.

1724.

Erwieſene Unmöglichkeit der vor möglich gehaltenen, und ſogenannten Harmoniae Praeſtabilitae, zwiſchen dem Leibe und der Seele des Menſchen. Leipzig, den 18. Jun. 1724. in 4to.

1726.

am, quam cum laude aggreſſus es, feliciter vrgeas et ad ſublime tandem Muſarum culmen aſſurgas. etc. Plura in Walchii Lexico philoſophico, in Lexico Vniuerſali, item in Dr. Pancratii Wolffii Möglichkeit des Mechaniſmi, und in der allgemeinen Weltchronic, Tom. XVII. alibique exſtant. Sed Moralium Profeſſor Lipſienſis, in Promot. noſtram memoriae cauſae haec poſuerat:

Eſt Ordo rerum conſtans et pulcher in orbe,
Mentis qui tollit non tamen arbitrium.
Hic Tibi, iuſtus eras qui vindex Ordinis, artis
Dat Medicae ſummum conciliatque decus.
Ordinis ac pulchri gazas Tibi ſpondet Hygea;
Mox Tibi taedas porriget Ordo Tuus.

Ita ſummos in Arte medica honores bene merenti, Harmoniae praeſtabilitae, de qua Nobiliſſ. Dn. Schuſter quaedam docte commentatus, memor applaudebat L. Gottl. Fr. Ienichen.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-413426-p0010-5

1726.

Wohlgemeynter Vorſchlag, reichen und armen Patienten zu dienen, in 4to.

1728.

Entwurf eines compendieuſen Haus- und Privatapothekgens. Chemnitz, in 4to.

Poſt haec prodierunt:

1731.

Epiſtola gratulatoria ad Fratrem, Medicinae Doctorem et Practicum Altenburgenſ. de Requiſitis Medici Practici eſſentialibus. Chemnitii, in 4to.

1732.

Epiſtola altera ad Eundem de Obſeruat. pract. rarioribus. Ibid. in 4to.

Item:

Iudicium medicum de denegato congreſſu coniugiali ex cauſa phyſica, vid. Troppaneger. Deciſ. medico-forenſ. p. 284. Alberti Iuriſprudent. Med. T. III. p. 610.

1738.

Experimentaluntersuchung derer zu Niederwiera, im Altenburgiſchen, entſprungenen Geſundheitsqvellen. Chemnitz, in 4to. *)

1739.

Geneſis Quadrimellorum, ſiue Hiſtoria rara et perquam curioſa de muliere, diebus XVI. et XVII. Febr. MDCCXXXIX. duplices gemellos enitente; Mantiſſae loco reſpondetur Obiectionibus Hannemanni,



*) Siehe Herrn M. Grundigs Natur- und Kunſtgeſchichte von Oberſachſen, 6. Theil, p. 515.

quibus hypotheſin ouiformem impugnare contendit. Chemnitii, in 4to. *)

1740.

Hydrocardiologia, ſiue Diſſertatio Medico-Theologico-legalis de Liquore Pericardii, qua binae Quaeſtiones, altera: Ob die Feuchtigkeit, ſo zwiſchen dem Herz und deſſen Behältniß befindlich, ein Kennzeichen geſchehener Erſtickung abgiebt? altera: Ob das Waſſer, ſo aus der eröffneten Seiten des HErrn JEſu am Creutz gefloſſen, Aqua pericardii geweſen? nouis rationibus diſcutiuntur. Accedit Obſeruatio curioſa de Infante recens nato hydrocephalo. Chemnitii, in 4to. **)

1741.

Commentationes Medico-legales, difficiliora et notatu digna quaedam Themata, tam ad Medicinam quam Iurisprudentiam pertinentia, complexae. Ibid. in 4to.

Es enthält dieſe Schrift beſondere Tractate, als:

1) Geneſin Quadrimellorum; Eine neue Auflage.
2) Secundinarum ſympathicam actionem.
3) Tromathanatologiam ſ. Diſſertat. de Vuln. ſero lethalibus.
4) Specimen Medicinae forenſis, von 10. Caſibus, in ſich. ***)

1742.

*) Siehe Leipziger Gel. Zeitungen, 1739. No. LXXV. p. 668.

**) Hoc Thema mente conceptum, cum forte fortuna Viro Summe Reuerendo et Litteratiſſimo, Dn. D. Iohanni Friderico Guhlingio noſtro, Paſtori Primario et Superintendenti longe meritiſſimo, aperirem, approbauit cum laude, et dux et auctor fuit mihique varia argumentorum momenta ſuppeditauit, quibus perficerem Opuſculum, atque rationes, contra miraculum diuinum, confunderem deſtruerem que; nec ſine applauſu acceptum eſt. Vid. Hamb. unparth. Correſpond. 1740. No. 121. Leipz. Gel. Zeit. No. XV. p. 133. de ann. 1741.

***) Die Mediciniſchen Gutachten ſind dieſe: 1) An puerulus XXX. hebdomades

1742.

Nachricht von Kraft und Würkung der niederſchlagenden Tinctur. Chemnitz, in 4to.

1743.

Vernünftige, naturmäſige und in der Erfahrung gegründete Methode, die meiſten Krankheiten des menſchlichen Leibes bald, ſicher und auf eine angenehme Art zu heilen, allwo durchgehends die hiſtoriſche Erkänntniß und Urſachen jeder Krankheit, als der Grund zur wahren Cur, voran geſetzt, und, ſo viel möglich, in deutlichen Concepten vorgetragen wird. I. Theil, Chemnitz, in 4to. *)

1744.

" " Der II. Theil. **)

1745.

Bericht und Nachricht von bewährten Arzneyen. Chemnitz, in 8vo.

1746.

Hydrologia mineralis medica, oder gründliche und practiſche Abhandlung von mineraliſchen kalten Waſſern, und vornehmſten Sauerbrunnen,



mades in vtero geſtatus pro perfecto et legitimo habendus ſit? 2) An puer XIII. annorum natus defloratam in ſella ſedentem poſſit impraegnare? 3) De Grauiditate diſſimulata et attentato infanticidio. 4) De Secundinarum malo regimine. 5) De Obſtetrice puerperam male obſeruante. 6) De Laeſione capitis ſexto die lethali. 7) De Contuſione capitis vehementiori, et ex ea per imperitiam curantis ſecuta morte. 8) De Quodam ex verberibus in affectum maniaco-melancholicum lapſo et demortuo. 9) De Infanticidio, ex inciſione colli, ſub partu. 10) De Inculpato Infanticidio et adulterio commiſſo. Vid. Leipz. Gel. Zeitungen, 1741. p. 668. Supplement. ad Nou. Act. Eruditor. Lipſ. Tom. V. Sect. IV. p. 165--169.

*) Iſt vorzüglich recenſiret in Götting. Gel. Zeitung. 1744.

**) Vid. Götting. Gel. Zeit. p. 554. d. 10. Aug. 1744. im 64. Stück. Jngl. Dr. L. W. de Knoer Frauenzimmermedicum, p. 40. 380. 403. 411. 469.

nen, auch Gebrauch des Carlsbades, mit Anmerkungen. Ibid. in 8vo. *)

1747.

Thermologia Wolckenſteinenſis, oder gründliche und practiſche Abhandlung vom Wolkenſteiner Bade, nach ſeinem Urſprung, natürlichen Urſachen, Elementen, Gebrauch und Mißbrauch. Ibid. in 8vo. **)

1748.

Commentatiuncula, qua iuſſu Regio Iudicium et Conſilium oeconomicum exhibetur, Luem bubulum genus conficientem depellendi, et contagioſo morbo, quocunque fieri poteſt modo, prouidendi eumque ſanandi. ***)

1749.

Syſtematiſches Hauß- und Reiſeapothekgen, welches auf alle Nothfälle der Krankheiten eingerichtet iſt, und zugleich den vernünftigen und naturmäſigen Gebrauch, mit beygefügten Cauteln, zeiget.

1750.

Mediciniſches Gutachten de Trimellis legitimis, ſed nondum vitalibus. ****)

Item:

*) Vid. Wöchentl. Bareuth. Nachr. aus dem Reich der Wiſſenſchaften, 1747. p. 83. Grundigs Natur- und Kunſtgeſchichte von Oberſachſen, 4. Theil, p. 219. 369. D. Carl Springsfeld Abhandl. vom Carlsbade in Praeliminaribus.

**) Vid. Grundig l. c. 6. Theil, p. 514. 547. Bareuth. Zeitungen vom Jahr 1747. Univerſ. Lexic. wo dieſer Tractat mit gutem Beyfall ganz eingeſchaltet iſt.

***) Vid. Act. Phyſ. Med. Nat. Curioſ. Vol. VIII. in Appendice, p. 79 -- 114. It. Riedels Unterſuchung der jetzt graßirenden Viehſeuche, p. 11. 12. 22. 23.

****) Vid. Grundigs Natur- und Kunſtgeſchichte von Oberſachſen, 12. Theil, p. 1030.

Item:

Epicedium in Dn. M. Iaſpid. in Betrachtung des Frieſels, in Fol.

Item:

Schola Salernitana, oder Salernitaniſche Schule, die Geſundheit zu erhalten, in teutſche kurze Verſe überſetzt, nebſt einigen mediciniſchen Rathſchlägen. Frankfurth und Leipzig, in 8vo.

1751.

Haematocathartiſche Cur. Chemnitz, in 4to.

Item:

Votum Monſpelienſe: Vade et occide Cain. Filio ſuo dilect. Io. Chriſt. Frid. abitum in Academiam paranti acclamat, et fauſta quaeuis ex prouidentia diuina apprecatur. Ibid. in 4to.

1752.

Mechaniſmus V. S. ſtabilitus et ruinoſus, cum caſu et Problemate Practico. Chemnitii, in 4to. *)

1754.

Obſeruatio Medico-chirurgica de Chemoſi, ſummo Inflammat. oculi gradu, methodo Hippocraticae aemula diſcuſſa, in vſum Acad. Nat. Curioſ. exhibita. Lipſiae apud Io. Chriſt. Langenhem. in 4to. **)

1755.

Obſeruationes Therapeuticae, in quibus ſingulariter hypochondriorum et p. v. reſpectus habetur, abuſus calidiorum guttularum euitatur, et curationes tranquilla placitaque methodo abſoluuntur. Lipſiae apud Io. Chriſt. Langenhemium, in 4to. ***)

1756.

*) Vid. Erlangiſche gelehrte Anmerkungen und Nachrichten, II. Stück den 9. Januar. 1753. p. 15. 16.

**) Leipz. Gel. Zeitung. 1756. No. XXXV. den 29. April, p. 308. 309.

***) Vid. Leipz. Gel. Zeitung. 1756. No. X. den 5. Febr. p. 103. 104.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-413426-p0015-3

1756.

Medicinisch-chymisches Lexicon, practisch nach den neueſten Grundſätzen der Medicin abgefaßt. Chemnitz, in 8vo. *)

1757.

Diſſertatio Epiſtolaris ad Praeſidem et Directorem Imperial. Acad. Nat. Curioſ. de differenda hydropicorum morte etc. Nou. Actor. Nat. Curioſ. Tom. I. Append. p. 139. ſeqq. inſerta.

Item:

*) Chymiam ab incunabulis amauimus, non fictitiam illam ſpagiricam, alchymicam, aurum in nuce caſſa captantem, ſed realem, veram, practicam, ad entium naturalium et mixtorum euolutionem, et medicamentorum perfectionem inſeruientem: quotiescunque a Praxi medica, Renunciationibus forenſibus aut ſtudiis liberi et laxi fuimus. De ipſo Opuſculo Vid. Leipz. Gel. Zeitungen 1756. No. XXXV. d. 29. April, p. 308-310. Jngl. Berliniſche privileg. Zeitungen 117. Stück, 1756. von gelehrten Sachen. Dn. D. Io. Erneſto Hebenſtreit, Lipſienſium Profeſſori Celeberrimo, et Amico noſtro, dum viueret, certiſſimo, inſcriptum erat, qui ita in Litteris, die XXIII. April. M D CC L V I. datis, reſpondit:

Vir Excellentiſſime Experientiſſime,

A laudato Viro laudari ſumma laus eſt. Etiamſi ergo nulla penes me ſit gloriae affectatio, attamen, cum fama mea, qualiscunque illa eſt, ex Inſcriptione, qua me dignatus es, non leue incrementum accepit, glorior, laetor et magnas Tibi propterea habeo gratias. Gauiſus equidem propter me non ſum leuiter, plus tamen propter commodum publicum; Eſt enim opuſculum tuum nitidum artis compendium, Tyronibus vtile futurum imo et Medicis. Ego vero commendationem publicam procurabo propediem, et ipſe recenſionem ad noua litteraria elaboraui, et nihil praeterea intermittam ſignificationum amoris, quibus conſtare poſſit, me pro Veteribus, et nouis hiſce amicitiae teſtimoniis eſſe

Tui Clariſſ. Nominis

Cultorem ſincerum

D. Ioannem Erneſt. Hebenſtreit.

Item:

Jn Tit. Herrn J. E. v. S. Oeconomiſche Bedenken, p. 52.

Von den nöthigen Eigenſchaften eines fruchtbaren Feldbaues, nach den vier Elementen. Ferner p. 67. 70.

Anmerkungen vom Barbenfiſchroogen und Bierbrauen.

1758.

Jm II. Stück, p. 139. die VIII. Piece:

Vom Bankwürdigen Fleiſchſchlachten.

Item p. 146. No. IX.

Das Antwortſchreiben mit der Fabel.

Jm III. Stück, p. 173. No. III.

Die Hornviehſeuche.

It. p. 213. No. VI.

Bedenken, ſüſſe Waſſer und Brunnen zu unterſuchen.

1759.

Jm V. Stück, p. 346. N. V.

Oeconomiſch=diätetiſcher Küchenzettel, nebſt Beſchluß, eine Fabel.

It. p. 373. No. VII.

Nicht Uebel ärger zu machen, eine Fabel.

Item:

Paraeneſis ad Medicos iuniores: de Excitando obſeruandi ſtudio in Medicina, qua praemiſſa, Filio natu maiori, Io. Chriſt. Frid. Schuſtero, cum in illuſtri Acad. Fridericiana ad Ordinem Doctorum Medicinae promoueretur, vota nuncupat Dr. G. S. Chemnitii, in 4to.

1761.

Jn Tit. Herrn J. E. v. S. Oeconomiſcher Bedenken zum erſten Band die Vorrede. Jngl. in eiusd. VII. Theil, No. XI. als:

Ein Gratulationsſchreiben an Tit. Herrn J. E. v. Schütz; in ſich haltend:

1) Ein Conſilium prophylacticum contra Purpuram.

2) Eine Nachricht guter Arzneyen, zur Frühlings-Cur.

Item:

Obſeruationes Medicae circa Securitatem et Certitudinem Remediorum, in ſingularibus quibusdam morbis; Nou. Actor. Acad. Nat. Curioſ. T. II. Appendice, p. 231 --- 256. inſertae.

1763.

Noſtra Interpretatione: Iul. Erneſt. de Schütz Oratio inauguralis de Terra miraculoſa Saxonica, an Steatites ſit? Fridericoſtadii, in 4to.

1764.

Manuſcripta: Gründliche Anweiſung zur alten und neuen practiſchen Chirurgie, nebſt einer practiſchen Abhandlung von Knochen des menſchlichen Leibes; welches, ſo GOtt will, dieſen Sommer unter die Preſſe kömmt.

Item:

Mediciniſch-Forenſiſche Bedenken, Gutachten und Schutzſchriften über beſondere vorgeſtoßene Legal-Begebenheiten. *) ſind 4. Theile heraus.

* * *

Auſer

*) Anno M D CC XXVII. die XIV. Martii, Penicii; et die XXIV. Martii eiusdem anni, Rochsburgi, in praefecturis, Phyſicus conſtitutus ſum. Sed anno M D CC XXVIII, diebus XIIX. et XX. Febr. in Collegio Regio Camerali, Dreſdae munus Medici prouincialis Praefecturarum Chemnitii, Auguſtoburgi, Franckenbergae et Sachſenburgi, mihi clementiſſime demandatum eſt; tandemque, ſeptennio abhinc, die V. Ian. M D CC LVIII. in Curia Chemnitienſi Patres noſtri conſcripti, omni honoris cultu reuerendi, me officio Phyſici Vrbis ordinarii ornarunt. Quarum prouinciarum ratione et commoda occaſione, per longam annorum ſeriem mihi fruito, multas, plurimasque et varias quoque, in Medicina forenſi, obſeruationes colligendi copia facta eſt; ex quibus omnibus, cum facile bis centenarium numerum ſuperent, ſelectas tantum aliquot, publici iuris facere, ſubinde ab amicis moneor.

Auſer dieſen Editis ſind noch in Act. Nat. Curioſ. folgende Obſeruationes von uns anzumerken, und zu leſen. Als:

Vol. V.

De Hemiplectica intra triduum reſtituta, p. 53.
- Exulceratione Renum, p. 55.
- Virtute Rhabarbari diurectica, p. 58.
- Fungo Articulorum, p. 61.

Vol. VI.

De lethali Baccarum Solani furioſi effectu, p. 165.
- Innoxio vapore ex maceratione telarum goſſipinarum Chemnicenſium, p. 168.
- Inſalubri Thermarum Wolckenſteinenſ. vſu, p. 171.
Vulnus Sclopetarium in facie feliciter ſanatum, p. 174.
Sectio Anatomica infantis recens nati hydrocephali, p. 176.
De Liquore Pericardii, p. 180.
- Aqua verminoſa fontis Chemnicenſis, p. 183.
- Roſa monſtroſa, p. 185.

Vol. VII.

Vaſculum ſanguiferum tuſſiendo reiectum, p. 126.
Sudor frigidus a Sale Sedlicenſi, p. 129.
Efferueſcentia Vrinae, p. 131.
Humoris aquei felix reſtitutio, p. 133.
Rariora Infanticidior. Signa, p. 135.
Angina per errorem curata, p. 137.
Cardialgia icterica, p. 141.

Vol. X.

De Liquore Anodyno minerali, circumſpecte parando, Monita quaedam, p. 209.

Item: In Nouis Actis Acad. Nat. Curioſ.

Tom. II.

De Certis, in affectibus pectoris tuſſiculoſis, praeſidiis, p. 18.

De

Zc 4374

X 3439476



De certis, in Aſthmate cachectico et ſimplici, praeſidiis, p. 20.
- certis, pro obtinenda Haemorrhoidum reſeratione, praeſidiis, p. 22.
- certis, in Affectibus hypochondriaco flatulentis, praeſidiis, p. 24.
- certis, in Puerperarum doloribus et diarrhoea, praeſidiis, p. 25.
- certis, in Diarrhoea biliosa et Dyſenteria alba, praeſidiis, p. 27.
- certo, in periculoſo Variolarum ſtatu, morbisque ex lymphae vitio prognatis, praeſidio, p. 29.
- certis, in praecauendis Variolis et Morbillis, praeſidiis, p. 30.

Tomo III. inſerenda:

Epiſtola ad Virum Incomparabilem, Antonium de Haen, Medicum Viennenſem: in qua Ratio Studendi, et Praxin Medicam exercendi, exponitur.

Atque haec ſunt noſtra in Republica Eruditorum Tentamina. Fuerat noſtro animo firmiter infixa ſententia Galeni, de Anatomica Adminiſtratione Lib. II. c. I. Edit Graec. T. I. p. 128 -- 129. Μὴ μόνον τοὺς ἐν ταῖς τέχναις ἀγαθοὺς, ἀλλὰ καὶ σύμπαντας ἁπλῶς τοὺς καθ' ὅλον τὸν βίον εὐδοκιμοῦντας ὀνομάζειν πεπαιδευμένους, ὥσπέρ γε τοὺς ἐναντίους αὐτῶν, ἀπαιδεύτους.

M.[illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-413426-p0020-0

Ze 4374

# SCRIPTORVM

AVCTORE

G. S.chuster

CO CHEMNITIENSI

EDITORVM

TIO STVDIORVM ET EXERCITAE

ADRAGINTA ANNORVM SPATIVM

EOS MEDICAE

OSTENDITVR.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

CHEMNITII

FFICINA IAHNIANA.

M DCC LXIV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-413426-p0021-6